





57 - 100.



D. M. S.  
COLLACRUMATIONEM  
SOLEMNEM,

ed quod  
in

immiti hac Brumâ

Mortis sicilice Plantula tenerrima præmaturè  
& inopinatò recisa,

*PUPA UTPUTA AMOENISS.*

**CHRISTIANA,**

*VIRI PER-REV. & CL.*

**DNI M. CHRISTOPHORI**

**SEIFERTI,**

**SYMMYSTÆ GORL. AD D. PETRI  
& PAULI DIGNISS.**

*nec non*

*FOEMINAR. LAUDABIL. EXEMPLI,*

**ROSINÆ OSTIÆ,**

**FILIOLA UNICA,**

*ANNO clc lxc LXXIV. ipso THOMÆ Die,*

qui erat humationis dies,

in istos imbres, quorum facilitatem nonnisi opt. cuiq; suppeterere

*Homeri censuit Sapiencia, soluti ac diffusi,*

ad speris tamen solationum vividiorum guttulis,

*instaurant*

**GYMNASII GORLIC. MAGISTRI**

**& Cives nonnulli.**

---

**GORLICH CHARACTERE ZIPPERIANO.**

IDN 9046174



Ad

*Pl. Reverendum Clarissimumq;*

**DN. M. CHR. SEIFERTUM,**

**Eccl. Gort. Ministrum,**

*Parentem unica de altero thorosuscepta, sed tenellula  
atate defuncta, filiola maestis. Amicum*

*& Compatrem mustulentum.*



Los o Virum, SEIFERTE, sacra  
coelici

Scatebra Verbi, fulgidum Svadae Ju-  
bar,

Sed & Minervae dulce Delicium Deae,

Medulla Phoebi, Cor Decorq; Delidum,

O usq; & usq; amate nobis Compater,

Et facte pluris, turgidus quam Satrapa,

Filiola quando sensit in corpusculo

Hoc bellicoso & turbulento Seculo

Mortis duellum, & omnium certissimam

Jam pollicens victoriam sibi, illico

Stragem subivit coelicam: DEUM suum

Ad non profanum provocavit praelium,

Nec hunc reliquit, donicum Benedictio

Illiq; certa cederet victoria.

Hinc inde Gnata, aetatula hac tenellula

Tenel-



Tenellulis devinciens votis DEUM,  
Fide tenellâ transvolavit coelitem  
Properiter ad domum beatam, splendide  
Ubi coronâ nunc triumphat astricâ.  
Quid ergo fles, dum flere nobiscum decet  
Potius cruenti tristitatem Seculi,  
Flos ô Virum, SEIFERTE, sacra coelici  
Scatebra Verbi, fulgidum Svadae Jubar,  
Sed & Minervæ dulce delictum DEÆ,  
Medulla Phœbi, Cor Decorq; Delictum,  
O usq; & usq; amate nobis Compater,  
Et facte pluris, turgidus quàm Satrapa!

*Autopœdiast f.*

CHR. FUNCCIUS,  
Gymn. Gorl. R.

**A** *H! rapuit, rapuit non exorabile fatum*  
*Dulcem TIBI CHRISTJANULAM,*  
*Fautor honore mihi*  
*Quovis colende jugiter.*  
*Ab! rapuit, rapuit non exorabile fatum*  
*Cajæ Tuæ CHRISTJANULAM,*  
*Delictum atq; decus.*

A 2

O maxi-



O maximum dispendium!  
Sed fallor! Quis enim dispendia dixerit illa,  
Quae rectius compendia  
Iure vocanda sient,  
Quaestusq; longè uberrimus?  
Bellula juncta suo est CHRISTO CHRISTJA-  
NULA Sponso,  
In cujus ipsa amplexibus  
Gaudia mille capit  
Immista Caelitum choris.  
Premissam, non amissam, gaudete, Parentes,  
Luctu gravati plurimo.  
Mors etiam tenerae  
Amat venire infantiae.  
Tu verò humane Pater ô ter maxime gentis  
Premissionem filiae,  
Quaeso, repende Patri  
Cum filio, tum filiâ.

Non fictam serii luctus societatem  
declaraturus pangebatur  
ac vovebat

M. ABRAHAM VECHNERUS.

Vah



V Ah Te, divinis ornata Puellula donis,  
Mors ante tempus abstulit:  
Et spem præripuit magnam Matriq; Patriq;  
Aviæq; dulce Gaudium;  
Nec vulgare Decus Generi! Sed quid queror? Haud  
Mors ante tempus abstulit. (Te  
Immò migrâsti, JESU Duce, in atria Cœli  
Quieta in ipso tempore:  
Quò velut ex orco revocantur dogmata, sacris  
Adversa planè litteris.  
Quo furit Eous, furit Hesperiusq; Tyrannus  
CHRISTI pios in Asleclas.  
Quo Mars Teutoniæ, quid? Mundo fata minatur  
Cruentus, heu! miserrima.  
Quo Pietas alget, cultus Morum occubat, Orbe  
Senilis exulat Fides.  
O: igitur Cœli Civem Te terq; beatam  
Quaterq; CHRISTIANULAM!  
Heic scelus in pretio, Virtus in sorde, Boni sunt  
Mali, Maliq; sunt Boni.  
At Bonitas illic ipsissima sola triumphat.  
Tot dantur heic pericula:  
Quot vitæ numerare licet momenta: sed illic  
Perennis est securitas.

A 3

Heic



Heic corpus vel mille queunt Morbi, atq; Dolores  
Vorare mille corculum.

Ast illic sine fine datur capienda Voluptas  
Salute cum firmissima.

Παραμύθιον

MARTINI RICHTERL

**Q**uamprimùm Festum solemne colemus in Æde  
Sacra, quo CHRISTUS Virgine natus homo,  
Anticipat Festum tua dilectissima Gnata,  
A sancto CHRISTI nomine nomen habens.  
Hoc celebrat rutili super ardua mœnia templi,  
Patris Progeniem perpetuumq; videt;  
Cui Bethla præsepe torus, toga lina, tapetes  
Gramina, pulvinar canna palustris erat.  
Cernit custodes ovium, castamq; Mariam;  
Cernit jamq; Magos, Angelicosq; choros,  
Quorum fervebat totus discursibus ether,  
Nec non Ambrosium qui cecinere melos.  
Jamq; canit CHRISTO letanti pectore grates;  
Induerit nostræ quod grave carnis onus.  
Ut mala multa tulit lactens Infantia CHRISTI:  
Sic fuit baud expers Gnata tenella mali.  
Illius tenerum corpus Morbonia morbis  
Affixit, vita Parcaq; fila scidit.

Dili-



*Diligit Infantes CHRISTUS, qui parvulus Infans,  
Fine carens omni principioq; fuit.*

*Ergò tuam Gnatam, SEIFERTE verende, vocavit  
In sua stellantis regna beata poli:*

*Illi divitias ut veras reddat Olympi,  
Quas acquisivit, cum miser esset homo.*

*Felix, qui, spretâ mundi pellace saburrâ,  
Celsâ fit verè dives in arce poli!*

Condolens scribeb.

ANTONIUS Schmidt.

*Filiola ad Mœstiss Matrem:*

**D**ilaceras crines, fletumq; ululatibus imples,  
Mœstaq; sanguineis unguibus ora notas.  
Credis, me extinctam sic posse resumere natam?  
Fleri obitum est addi vulnera vulneribus.

C. M.

DOMINUS ad JAIRUM

Matth. cap. 9. v. 24.

**F**ilia chara sibi dormit: ne mortua non est:  
Evigilans vivet, quando ea lux fuerit.  
Oscula tunc Patri figet, tunc suaviter Matri,  
Quaeso, quid plores, mi peramande Parens?

M. S.

Hu-



**H**umectare tuum nolito flumine vultum  
 Ob mortem Natae, Vir venerande, tuae.  
 Non lacrumis falsis suffundas lumina moesta  
 Ob mortem Natae, Foemina casta, tuae.  
 Ad Christum CHRISTJANA puellula bellula venit:  
 Coelestem Sponsum nunc sine fine videt.  
 Accipit à Christo CHRISTJANA salutis amictum,  
 Justitiae sertum, regna beata poli.  
 In coeli pratis sicut rosa floret amoenis,  
 Et celebrat Sponsum tempus in omne suum.

THEOPHILUS VECHNERUS.

<sup>1.</sup>  
**W**ird dem/der seine Zeit  
 In dieser Sterblichkeit  
 Gar bald zu Ende bringet/  
 Nicht in der Laster, Welt  
 Sich allzulang' aufhält/  
 Vielmehr sich freudig schwinget  
 Himmel, an/ daß er sey  
 Von allen Lastern frey.

<sup>2.</sup>  
 Ist niemals eine Zeit  
 In dieser Eitelkeit  
 Wof und betrübt gewesen/

So ist die izige/  
 Die klug und spitze:  
 Da die allein genesen/  
 Welche sich Himmel, an  
 Wenden zum Sternen, Plan.

<sup>3.</sup>  
 Wer dieses wol bedenckt/  
 Derselbe sich nicht kränckt/  
 Ob schon die lieben Seinen  
 Der Höchste fodert ab  
 Frühzeitig in das Grab/  
 Eh' als sie es vermeinen/  
 Sie sind aus böser Zeit  
 Gebracht zur Seeligkeit.

Dieses setze denen Hochbetrü-  
 bten zu Trost mit hinzu

GREGORIUS Schön.  
 Wie



**W**ie brülle schnell Borras / und deckt das bleiche Land  
 Mit rauher Norden Lufft / wie schnell er Titan rücket  
 Von dem gestirnten Rund: wie seine Macht er drücket  
 Die goldne Frühlings-Blüthe / und unsrer Reiffe, Strand  
 Zwingt in bereiffes Eyß / sie stehet umbgewandt:  
 So schnell hat Atropus in Letus Schooß geschmissen  
 Das halbe Vater- Herz / und grausam weggerissen  
 Der keuschen Mutter Brust das theure Liebes- Pfand.  
 Zuvor Lucina zwar viel Freude mit sich brachte  
 Bey froher Wochen- Lust: der Eltern Herze lachte:  
 Nun aber stat der Lust heut Aeschylus ausruffte  
 Ein trauer- volles Ach. Doch lasset nicht den Schmerzen  
 Umbnebeln eure Brust und abgematte Herzen:  
 Das Seelgen ist bey Gott / der Körper in der Gruffe.

Alexander Vogel/  
 Collega IX.

*Apostrophe CHRISTIANÆ denata  
 ad Mortem.*

**S**iccine vix coeptum rumpis mihi ô invida cursum  
 Mors, neq; te possunt flectere vota Patris?  
 Siccine succidis tenero me flore juventæ,  
 Ut tenera exiguus jam tegat ossa lapis?  
 Sapè Pater supplex orabat Numina Cœli,  
 Sapè dabat Mater vota precesq; gemens!  
 Ast nihil hos gemitus lacrymasq; moraris,  
 Vota nec exaudis Matris & ipsa Patris.  
 Ut rosa, quam calathis jam plenis Nympha reportat,  
 Mox cadit, & Tyrio murice pingit humum:  
 Effera sic, nunquam Mors exorabilis auro,  
 Non parcis vitæ scindere fila mea.

B

Sed



Sed licet immineas sævis jam faucibus: in me  
Haud ullum imperium noveris esse tibi:  
Hancq; licet dulcem immitis rapias mihi vitam,  
Me partem prædæ falleris esse tuæ.  
Ille etenim, cujus de nomine nomina gesto,  
**CHRISTIANAM CHRISTUS** me cupit esse suam.  
Ille sibi Sponsam me desponsabit in ævum,  
Nec finet heic ullis me superesse malis.  
Ille mihi Elysios concedet visere campos,  
Et fortunatæ regna beata plagæ.  
Is dabit amplexus dulces, & basia junget,  
Junget & æterni gaudia Conjugii.

*Hæc paucula in contestandum debite obser-  
vantia animum deproperabat*

**DANIEL JAKSCHI**, Trenchinio-  
Hungarus, A. G. G. A.

---

**E**T sic explesti concessa munera vita  
Floribus in teneris filia chara tuis?  
Vah quot gemitus patrios dolor edere cogit!  
Mi certe vultu triste carere tuo.  
Nulla quies Matri, nec certa medela Parenti,  
Seu nox, seu rutilo labitur axe dies.  
Parcere sed lacrymis, frenumq; inhibere dolori  
Nos homines pietas & sacra dicta jubent.  
Tu mortalis eras durisq; obnoxia fatis:  
Ergo te mortis convenit ire viam.  
Virginea ad superas tua mens nunc evolat arces,  
Et sibi securam pandit ad astra viam.

Te



*Te sibi met Sponsam delegit Christus amator,  
Per quem mortalis turba redempta sumus.*

Contestandæ Sympathiæ ergo

f.

JOHANNES Rosenberg/Cross Sil.

**I**n tanto licet, ô sacri gregis optime Custos,  
Non desit tristi vulnere docta Cohors,  
Quæ lacrymas oculis abstergit & ipsa fluentes,  
Ausâ gravi luctu corda levare tua:  
Ipse licet querulum possis moderare dolorem,  
Oppletum quo jam pectus & ora geris:  
Me tamen, ut pateat, confortem existere luctus,  
Et lacrymas lacrymis associare tuis,  
Hos (nam sic pietas cœlo gratissima poscit,) Hos  
Hos elegos statui deproperare leves.  
Parce, Pater, lachrymis, moestis heus parce querelis:  
Evigenis nescit parcere nigra Dea!  
Tu quoq; pertristis lacrymarum desine Mater,  
Admotâq; piâ lumina terge manu!  
In Cœlum nempe est Christum Christjana secuta:  
Nunquam ubi divexat tristia fata pios,  
Atq; ubi perpetuis seclis nox exulat omnis,  
Sed semper regnant gaudia, risus, amor,  
Non perturbat eam facibusve minisve Megæra,  
Nec rabidæ Parcæ, nec fera Tisiphone:

B 2

Quin



Quin potius lætam pertentant gaudia mentem,  
Gaudia, quæ non sunt interitura piis.

*Hæc compatiens contestandæ  
gratiâ adjicere voluit*

JACOB. POLEY Hung.

Affectus Matris.

**M**E miseram! quid agam? Linqvit me blandula Na-  
Nata beu! pars cordis dimidiata mei. (ta,  
Quò ferar? Unde petam misera solatia menti?  
Anchora jam nostram non tenet ulla ratem.  
Obstupui misera, Et tristis vox faucibus —

*Declarandæ promptitudinis & obser-  
vantia ergò mœstus mœsto  
depromebat pectore*

Johannes Miklass Radecek Hung.

Trost Rede / des seel. verstorbenen Tochterleins /  
an die Herz betrübte Eltern.

**I**ch hab' auff dieser Welt gar kurze Zeit gelebet /  
Und doch fast für und für in lautern Creutz geschwebet /  
Nun aber bin ich loß von solcher Traurigkeit /  
Und bin bey Jesu hier in steter Sicherheit.

Trost demnach bit' ich dir / O Mars / der du betrübest /  
Der du viel Grausamkeit an allen Orten übest /

Kühl / wie du wilt dein Muth im unsrer Nachbarschafft /  
Mich hat mein Bräutigam aus dieser Welt gerafft.  
Auch du / du Erden Gott / der du dich ist ausbreitest /  
Und manch' unschuldig Herz auf falsche Wege leitest /

Epen



Sey aus dein falsche Lehr / verführe die ganze Welt:  
Ich lebe nun befreit in schönen Himmels-Zelt.  
Mir hat nicht deine Lust / D falsche Welt / gefallen:  
Denn deine Gäste nur in lautern Creuze wallen:  
Ich lebe immer fort in steter Wonn und Freud  
Bey meinem Jesusein hier in der Ewigkeit.  
Ich bin numehr befreit von allem Welt-Getümmel/  
Ich bin bey Jesu hier in schönen Freuden- Himmel/  
Hier an dem Wunder-Ort / dahin ich bin versetzt/  
Da Gottes Angesicht mich für und für erglantz.  
Trauret demnach nicht so sehr / Herr Vater / last das sehnen/  
Auch ihr Frau Mutter stillt den heissen Fluß der Thränen:  
Dieweil ich aus dem Schlund der Lasterhaften Welt/  
Versetzt worden bin ins blaue Himmels-Zelt.  
Gleichwie ein Gärtner pflegt die Blümlein fortzusehen/  
Damit des Winters Nacht sie möge nicht verlassen:  
So hat auch Jesus mich aus dem unsichern Ort  
Der argen bösen Welt gebracht zum Himmels-Port.  
Die Welt kan mir nun nicht mit ihren Tücken schaden:  
Denn mich hat Jesus nun versetzt ins Reich der Gnaden:  
Aus Angst / aus Streit in Freud / aus Leiden in den Saal  
Der Himmelschen Freud / da gar ist keine Qual.  
Wohl dem! der so / wie ich / an diesen Ort gefahren/  
Und zugesellet ist den Engelischen Schaaren  
Der lebe in Wohn' und Freud / in lauter Sicherheit/  
Ohn Schmerz, ohn Leid / ohn Leid / in Freud ohn Traurigkeit.

Dieses wenige setzte aus schuldiger  
Pflicht und mitleidenden  
Herzen hinzu

Paulus-Simonis, Pof. Hung.

B iij

Gleich



**S**leichwie die Blume bald / die man im Frühling siehet /  
 Fast allem Ungelück / eh' sie noch recht geblühet /  
 Stets unterworfen ist / daß / wenn ein rauer Wind  
 Und starcker Regen kommt / man sie zerknicket findet:  
 Ja auf der Erden ganz verwelcket siehet stehen /  
 Wierft ihre Blätter ab / muß endlich gar vergehen:  
 So war auch dieses Kind / an dem ein grosse Freud  
 Sein lieber Vater trug in dieser Eitelkeit.  
 Die Freude ist dahin: Es ist traun zu beklagen:  
 Morbone war bey ihr mit ihrer Kranckheits Plagen  
 Schon damals eingekehrt / eh' es mit dem Gesichte  
 Noch recht erblicket hat in dieser Welt das Liecht.  
 Dis aber war noch nichts: es mußte noch sein Leben  
 In dieser eiteln Welt dem Höchsten wiedergeben.  
 Ach trauret nicht so sehr: Es liegt in Abrams Schoos:  
 Die Seel' ist ganz und gar von allen Plagen los.

Diese wenige Zeilen sagte aus wol-  
 meinendem Gemüthe hinzu

George Kurk / Bethaniâ - Sil.

**S**ic est: Hevigenum non ulli Parca triformis  
 Parcit: & in teneros mittere tela solet.  
 Heu! Quam maturè nimis hæc quoq; sustulit illud  
 Delicium Matris, deliciamq; Patris:  
**SEIFERTI** dico dulcem scitamq; puellam.  
 Quantus at hinc luctus, dicere nemo potest.  
 Sed quare nimium vultis lugere Parentes?  
 Incolit æthereas Filia vestra domos:

Et



Et capit æternæ dulcissima gaudia vitæ,  
Cœlitibus jam nunc associata choris.

MELCHIOR BEYERUS.

Gorl. Lusat.

---

Defuncta loquitur.

**O**Mnes Cognati, Materq̄, Paterq̄, valete:  
Vestras qui multò spargitis imbre genas.  
Parcite lachrymulis: non est revocabile corpus:  
Quod Mors sava semel sub sua iura rapit.  
E claustris mundi me summus duxit Fœva:  
Transtulit in nitidi meq̄ theatra Poli.  
Hic ubi tuta quies, nec non sine fine voluptas,  
Mens quâ jam fruitur tempus in omne mea.  
Nos DEUS in Cœlo junget: Valeatis ad unum  
Omnes, in sto: Angelico sum sociata choro.

Lugenti animo adjicere  
voluit

David Heermann.

---

Die Verstorbene redet.

**A**ch warumb weinet Ihr! das ich muß von Euch scheiden/  
Dadurch Euch wird gemacht ein schweres Creuz und Leiden  
In diesem Leben hier / in diesem Jammerthal:  
Da nichts denn Trübsal ist / und Unglück überall.


Ich



Ich bin nu frey vom Strick des Jägers / bin entronnen  
Der Kranckheit Ungemach / und allem Creuz entkommen.  
Ob schon Euch Eltern hat / die Ihr mich herzlich liebt /  
Mein schneller Todes = Fall zum hefftigsten betrübt.  
Ihr bleibet in der Welt / in denen Trübsals = Zeiten /  
Da immer Unfall / Schmers einander sich begleiten:  
Ich bin versetzt nun in das gelobte Land /  
In dem ein sicherer und höchst erwündschter Stand.  
Ach! gönnet mir / daß ich im Himmel angelanget /  
Allwo man für und für vor Gottes Throne prangeet.  
Vergeblich man allhier auf langes Leben bauet:  
O seelig / seelig ist / der Gott im Himmel schauet.  
Ade / Ade / laßt ab die Thränen zuvergiessen /  
Im Himmel wollen wir in Fröligkeit uns küssen /  
Und leben für und für in Himmelscher Wonn' /  
So Christus hat bereit / die rechte Gnaden = Sonn.

Aus Herz inniglichen Mitleiden und  
schuldiger Dienstbarkeit sagte  
dieses wenige

Erdmann May / von Görlitz.









Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006931 8